



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCXLIII. Kaiser Ludwig bevollmächtigt den Grafen Berthold von
Henneberg, die Mark Landsberg nach dem Tode der Markgräfin Agnes von
Brandenburg, dem Herzoge Rudolph von Sachsen, oder zum mehreren ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

mende, na vnser manne rechte. Liker wis schole wi in des margreue hof senden vfe man, die en oder sine man schuldegen willen, recht oder minne tu geuende eder tu nemende, na finer manne rechte. Alle nyge hus, die seder marggreuen Woldemar dode buwet sin an beyend sit, tuischen der Zwine, der Netzevnde der Oderevnde tuischen der Oder vnde der Uker, scal men neder breken, die wi Hertoge Otto van Stetinvnde Greue Bertelt van Hennenberg heten breken. Vnser nen scal sik ok vreden noch sonen in allen saken, dar wi beyde an bigrepen sin, ane des anderen goden Willen. Tu eime orkunde ale desser vorbescreuen Dinge hebben wi Otto vnde Barnim vorbenomet dessen bref laten besegelt mit vnser Ingesigelen, van vnser, der Kindere vnser vedderen wegene, der angeborne Vormünder wi sint, vor alle die stücke, die hir vor biscreuen sint, vnde vor dat stichte van kamin vmme dat stücke der sone, dar it mit vns an begrepen is, alle die sonbreue biwisen. Dit is geschehn tu Vkermünde, na godis bort dufint iar drihundert iar Seuen vnde twintich iar, suenauendes vor vnser vrowen daghe der Lateren, also se geboren wart.

Salt. Stud. 17, 201.

DCXLII. König Ludwig befehlt den Städten Altenburg, Zwickau und Chemnitz, dem Markgrafen Friedrich von Meissen und nach dessen Tode dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg zu huldigen, am 17. October 1327.

Ludewicus, Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, prudentibus Viris Consulibus et vniuersis ciuibus ciuitatum Aldenburg, Czwickaw et Kempniz, suis et Imperii fidelibus dilectis, gratiam suam et omne bonum. Fidelitati vestre districtius iniungimus et mandamus precise volentes, quatenus Illustri Friderico Marchioni Misnensi, principi et genero karissimo, prestetis et cum effectu faciatis fidelitatis et homagii indilatum et debitum sacramentum. Si vero prefatus gener noster Marchio Misnensis de medio huius seculi tolletur, quod Deus nolit, Illustri Ludewico Marchioni Brandenburgensi, primogenito et principi nostro karissimo, per fidelitatis homagium obedire vos volumus et fore sincerius alligatos, dantes has nostras literas sigillo maiestatis nostre Regie roboratas in testimonium super eo. Datum Pisis, XVII. die mensis Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, Regni vero nostri anno tercio decimo.

DCXLIII. Kaiser Ludwig bevollmächtigt den Grafen Berthold von Henneberg, die Mark Landsberg nach dem Tode der Markgräfin Agnes von Brandenburg, dem Herzoge Rudolph von Sachsen, oder zum mehreren Vortheil des Markgrafen Ludwig von Brandenburg, einem Andern zu verleihen, den 27. Januar 1328.

Lvdowicvs, D. G. Romanorum Imperator semper Augustus, Nobili viro Bertholdo Comiti de Hennebergk, Secretario suo dilecto, gratiam suam et omne bo-

num. De fide et industria Tua plenissime Confidentes Magnificentie Tue cum Ratihabitione plenariam tenore presentium concedimus facultatem et mandatum nihilominus speciale, ut nostri et imperii uice et nomine, Marchionatum Landesbergk post obitum Agnetis, charissime Sororis nostre, Marchionisse Brandenbvr gensis, conferre ualeas iusti et recti feudi Jure cum suis pertinentiis et iuribus uniuersis Illustri Rvdolpho, Duci Saxonie, Auunculo nostro charissimo, aut alii uel aliis, apud quem uel quos profectum et utilitatem Illustri Ludowici Marchionis Brandenbvr gensis primogeniti nostri minus et melius per huiusmodi feudum uideris et persuasus sis procurare. In cuius rei testimonium presentes Tibi concedimus Sigilli Maiestatis nostre munimine roboratas. Dat. Lateran. XXVII. die Mensis Januarii, Anno Domini Millefimo trecentesimo uicesimo octavo, Regni nostri Anno quarto decimo, Imperii uero primo.

Ludwig, Reliqu. Manuscript X. 35 — 36.

DCXLIV. Kaiser Ludwig weist die Herzöge Buggozlaw u. von Pommern an, ihre Herzogthümer vom Markgrafen Ludwig von Brandenburg zu Lehn zu nehmen, am 27. Januar 1328.

Ludovicus, dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Illustribus Buggozlaw et suis fratribus, necnon eorum heredibus, Stetinensis, Slauiorum, Cassuborum et pomeranie ducibus, consanguineis suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Denunciamus uobis, quod ducatus Stetinensis, Slauiorum, Cassuborum et pomeranie supradicti immediate descendunt in pheodum a marchionatu Brandenbvr gensi, archicameratu Imperii et ad Illustres marchiones Brandenbvr genses, qui sunt pro tempore, pertinent, sicut ad dominos collatores, quibus Jus pertinet ducatus ipsos in pheodum conferendi, Ideoque Illustrem Ludovicum marchionem brandenbvr gensem, archicamerarium nostrum et imperii principem et primogenitum nostrum karissimum, magnificentie vestre tamquam eum, cui ius conferendi et inpheodandi de predictis ducatibus legitime pertinere dinoscitur, demonstramus et ad ipsum uos remittimus, volentes ac etiam iniungentes uobis et uestris heredibus, ut quemadmodum (uestri) progenitores uestri ducatus ipsos ab antiquis marchionibus brandenbvr gensibus cum omnibus suis pertinentiis et iuribus possiderunt et recognouerunt, sic a predicto marchione filio nostro eisdem in pheodum recipiatis, possideatis et recognoscatis similiter cum pertinentiis suis et iuribus uniuersis. Datum Lateran. XXVII. die mensis Januarii, anno domini M^o. CCC^o. XXVIII Regni nostri anno XIII, Imperii uero primo.

Nach dem im Geh. Kab. Archive befindlichen Copialbuche Imperium Ludovici Imperatoris Nr. 9. Ungenau abgedruckt bei Ludwig (Reliq. Man. II. 286) und Buchholz. (Gesch. d. Churm. Brand. V. Urk. Anh. S. 51).